Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Similiter de aqua. et de igne. et de aere. pbari potest. Elementa igitur simple sunt. et minime particule. quibus hec. iiii. constant quae uidentur. quae elementa nunquam uidentur. sed ratione diuisionis intelliguntur. Diuidit enim ut figuraliter dicatur humanum corpus. in organica. i. in manus. et cetera organica. in omeomera. i. et similia scilicet. particulas carnis et ossis. et cetera. omeomera autem in humores melancolias. et cetera humores in elementa. i. simplas. et minimas particulas. Cui diuisionis pars sola ratione. et cogitatione fieri potest. Corpus enim in membra. membra in omeomera. actus diuidere potest. sed omeomera in humores. humores in elementa. solus intellectus diuidit. Ut aut boetius in commentum super porphirium. Ipse intellectus coniuncta disiungere. et disiuncta iungere. Si quaeret aliquis ubi sunt elementa. nos dicimus in compositione humani corpis. et aliorum sicut litera est in compositione syllabe. et si non ipse. Sed quidam sunt qui ut rustici nesciunt aliquid esse. nisi sensu possint illud comprehendere. qua animal homo non percipit quia sunt spes. et sapientia plus sint inquirenda insensibilia. quam sensibilia. Cum igitur ille simple et minime particule elementa sint. quae est frigida. et sicca. est terra. quae frigida et humida. aqua. quae calida. et humida. aer. quae calida et sicca ignis. Cum igitur hec. iiii. quae uidentur ex illis composita sint. illud inquit dinas particule frigide et sicce. nomine illi elementi dicitur terra. in qua frigido et humide. aqua. in qua calide et humide. aer. in qua calide et sicce ignis. Si igitur illis digna uelimus imponere nomina. particulas potius dicamus elementa. ista autem. iiii. quae uidentur elementata. Sunt quidam qui neque constantini septa. nec alterius phisici umquam legerunt ex suprabia ab aliquo discere de dignantes. ex arrogantia quae nesciunt confingentes. quae ne nichil dicere uideantur. dicunt elementa esse propriates istorum quae uidentur. calore siccitate. humore. frigiditate. Sed istas phisica uelud in parte predetrahentibus reclamat eadem ore platonis. uocantur elementa materias. cum nulle qualitates materie alicui esse possint. Est enim materia quod accepta forma transit in aliud. Reclamat etiam ore iohannicii. quia in synagogis suis aut. aliud esse elementa. aliud commixtiones eorum.

Quales simplicia elementa quae uis non uidentur. intelligantur iii.

humanum

Que sit uis intellectus.

Que sint simpla elementa

Quare composita etc.

Si pluceri nomina nominari quatuor quae uidentur nomina elementorum vocentur

Que sint digna illorum vocabula

Postrio falsa sententia quae quidam. quidam. et de ingbano. de elementis

Quid sit materia